



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

ЪВІИ

82/6  
96



*[Faint, mirrored text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through. The text is mostly illegible but seems to contain several lines of a document or list.]*

W



PRO FELICI CONIVGIO  
 Illustrissimi Principis ac Domini,  
 Dn. RVDOLPHI,  
 PRINCIPIS ANHALTINI COMITIS ASCANIÆ,  
 DOMINIQUE SERVESTÆ ET BERNBURGI: HEROIS  
 INCLYTI, &c.  
 P I A V O T A.



**D**ivitis ingenij est, Heroum condere  
 Stirpes,  
 Gestaq; magnanimū commemorare ducum.  
 Ergo tuas alij laudes RVDOL-  
 PHE celebrent,  
 Et Sponsa dotes, ingenijq; decus.  
 Me, PATER alme, tibi, cum NATO, &  
 FLAMINIS AVRA,  
 Vota, preces, hymnos fundere MUS A jubet.  
 Sancta TRIAS, qua cuncta replet, qua cuncta  
 gubernas,  
 Ceu clypeo cingis qua bonitate tuos:  
 Coniugio illustri tua sit BENEDICTIO prestō:  
 In TE sint VNUM corpore, corde, fide.  
 Sint populis etiam subjectis pectora fida:  
 Atq; tuum nomen perpete laude vebant.  
 Talia PRINCIPIBUS sincera mente preca-  
 tus  
 (Da paCeM IesV) Symbolon addo gregis.

M. VVolfgangus Amlingus,

συγχωροῦν τοῖς χαιρῶσιν.

ANNO

PreCanDVM serlō:

Da paCeM IesV.

**I**N terris habuit ter denos Christus ut annos  
 Virtute ante homines summus & ante Deū,  
 Gestijt, ut nobis reparanda praco salutis,  
 Officij primas latus obire vices:  
 Actam permutans vitam cum munere sancto,  
 Quod jussu aterni cepit adire Patris:  
 Postquam Iordana tinctus baptismatis unda,  
 Caelitus atq; oleo Flaminis unctus erat.  
 Tot Mose, Ascrausq; senex vult rebus agendis  
 Expectari annos: commoda magna mora.  
 Hac vegeta atatis metā Illustrissime Princeps  
 RVDOLphe, Ascania blanda columna Domus,  
 Virgineum mutas thalamum cum fœdere lecti  
 Casto, quem sociat non temetata Fides.  
 Sancta Fides, Christo qua Sponso copulat, ipsos  
 Innexos arte & vivo in amore ligat.  
 Sanctus inardescat quō Spiritus inter amantes,  
 Ex Christo effusus, qui sua membra fovet:  
 Indulgens pacem, sinceraq; gaudia, fructum  
 Nec non concordis cordis utriusq; bonum.  
 Hunc tibi vel primū precor, & tibi charior esse  
 Pectore qua cepit, Dux generose, tuo.  
 Sancta Fides cingat vos, pax vos alma serenet,  
 Irroret vitam Cinxia casta toro.  
 Antiqua inq; iubas Guelforum implexa LEONIS  
 RVTA sit aeterno grata CORONA DEO.

M. Caspar Vlricus, Φιλιπηκός.

SERVESTÆ,  
 Excudebat Iohannes Schleer, Anno 1606.





№ 1996

8

U

ULB Halle 3  
 002 063 808



Sh

nicht aufg., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 / 1996 /



U 8 17

M

DX







83.  
97

